caeteris ipse est eorum qui magister in inferunt. Unde apud officium
deponere, & officio tradere. In quem sensum & hic uisus Terul-
lianus.

204. coetaneorum angelorum. Irenaeus: eodem adnotante
Mittitur autem, inquit, ad eam cum coetaneis suis angelis. Atque
hoc est quod supra dicit Tertullianus, de Sotere loquens, ex omnium
Aeonum deoracione conseruato: ut autem, inquit, tantum figuratiuam
extrinsecus quoque inornant, fatelites ei angelos proferunt,
par genus, ubi inter se potest fieri. Igitur si Soteri additi sunt, de nouo
creati non sunt eo uirtuosiores, sed coetanei.

205. credas & cum xij. fascibus. Huiusmodi pompa (inquit
Rhenanus), Consules Romani incedebant. Duodecim falces & totidem
securis cum lictoribus L. Iun. Bruto & L. I. Arquinio Collatino primo
Coss. post exados Reges sunt additi: ita tamen ut penes unum tantum
essent, qui propterea Maior Consul uocabatur. De qua etiam ali-
quid adigitur Almut. n. 1. in B. Cyr. Epistolae num. 10.

206. uelamentum sibi obdurit. Castiga (inquit Irenaeus) idem
hunc apud Irenaeum & pro: eam legunt, & pro: cooperacionem, co-
operacionem, hoc modo: Hanc autem Achamoth reueritiam dum di-
cunt, primo quidem cooperacionem impofuisse ei, propter reuerentiam.
Interpres Irenaeus uerit, id est, sibi, uertit, u.

207. Quibus inde conceperat, &c. Irenaeus eodem adlegante:
Deinde autem, inquit, quum uideret eum cum uenerit frustra
facione sua accurrisse (siue occurrisse) ei, uirtute accepta de uisus e-
ius. Qui etiam recte interpretatur illud, x. reg. 3. reg. 1. id est: Domine,
salua.

GLL
W

A

208. atque confirmat agnitione iam.] *Supra enim Christus (vixit esse c. 14.) eam confirmat, seu vixi apertius ibi informatat, solius substantia, non etiam scientia, seu agnitionis forma.*

209. & ab omnibus iniquis passionibus expuniat, &c.] *Irenaeus (inquit Rhen.) Et curationem passionum fecit eius, separantem eas ab ea. Expuniat est expurgare, expolireque. Nam hic punicis vixit & in chartis laetitia, & foras pedum abradendis, in balneo.*

210. non eadem negligentia, &c.] *Irenaeus (eodem refert) Et non negligit eum (inquit) nec enim erat possibile eius exterminari, quem admodum priores, eo quod iam habilia & possibilia essent. Possibilia dixit interpretat Irenaeus pro potentia & valida, quod Tertullianus: exercitata & vixi viriosa. Pergimus enim legere eum Basil. edit. & m. 3. ac Rhenano, viriosa, atque adeo etiam supra l. de Pallio cap. 4. m. 7. veltigia celsum viriola legendum adnotamus.*

211. manifeste solidata.] *Sic exponit, inquit idem, quod Irenaeus est: conglutatum.*

212. deficit [co]sulum in materia corporealem paraturam.] *Hoc est, inquit idem, iuxta Irenaeum: Segregavit separatim. Paraturam iterum vsurpat substantiam, vixi separatum. Sic lib. de Carne Christi: Debeo illos, inquit, de sua paratura repercutere. Adu. Marc. lib. 1. Nulla sibi profectus agnoscendo paraturam. Et l. 2. sic edificat, ut credi possit. In hoc ipso libro infra: In hoc, inquit, & paraturam digno prospiciam. Vide etiam de paratura Adnot. nostras Apol. c. 22. m. 353.*

B

213. commutans ex, &c. passione.] *Potesit, inquit idem, esse figura Graeca, vixi sit sensus: Commutans ea vicia sine passionibus ex in corporeali passione inditia secundum habilitatem atque naturam. Sed praestat totam sententiam, Irenaei verbis referre. Neque enim melior expositio inveniri potest: Sed segregavit, inquit, separatim (sic lego, pro: separavit) commixtissae, & sic aptabilitatem & naturam fecisse in ea, vixi in congregatione & corpora ventrent. Atqui probabilitatem, reperitur nova vox in 3. m. Var. habitabilitatem, sed non placet.*

214. vt duplex substantiarum, &c.] *Irenaeus (refert eodem) Vixi, inquit, sicut duas substantias, vixi quidem mala ex passionibus, altera autem conversione, passionibus.*

215. H A E R E T I C A M A T E R I A M, Q U A E N O S C O M M I S I T C Y M H E R M O G E N A.] *Commissit, inquit idem, hoc est, in certam descendens fecit. Gloriantes proprie committuntur: quum ad dignitandum componuntur, vt supra adnotamus, vbi dicit: Absit vt Apostolos committat, li. de Praescript. adu. her. Atqui hinc colligere est esse scriptum hoc libro, vt supra aduersus Hermogenem, quare & nos cum praeposimus.*

C

C A P. XVII.

216. Abhinc Achamoth expedita, &c.] *Titulum hinc capiti dedimus: Quod ex imaginatione spiritali genus Achamoth produxit. Similiter autem Irenaeus (vixi etiam citat Rhenan.) atque obsecrare iuxta additionem veterem, sed clarior, si ex mea coniectura sic legatur: Hanc autem Achamoth extra passionem factam concepsit pra. prode, gratulatione, eorum quacumque sunt luminum visione, antea erat: visionem, id est, angelorum qui erant cum eo, & deletatam in conspectu sine in conceptu, vixi in margine est, & magis voci Graeca correspondet, itemque Tertull. verbis obsecrans, quibus praefatur verba pudoris eorum, peperisse fructus secundum imaginem dicunt partum spiritalem, secundum similitudinem factum (satellitum Saluatoris). Quia omnia paucioribus & clarior expressit Theodoretus: Ipsam autem separatam ab affectionibus angelorum cepit desiderium, & spiritalem fructum produxit angelis similem. Quare videtur mihi emendari debere textus Graecus, ex quo vertuntur quidam: congressam cum illis, neque enim id aut Auctor, aut Theodoretus habent, sed potius, intra scriptam concepsit ex sola contemplatione.*

217. & sibi inmarat. Intimare (inquit Rhenan.) pro intimum reddere. Sic in lib. de Habitibus mulierum: Nullus, inquit, clausus argentum intimat tabulis. Vbi vide & Adnot. nostras c. 5. m. 44. Si us autem legas: Trinitas generum cum excusit, sine: generis cum 3. m. Var. perinde est, ex quibus intem: est, addidi. Legendum autem etiam cum Irenaeo Graece, & Latine: matriciale, pro eo quod est: idem, & materia.

D

C A P. XVIII.

218. Hae Auctoritate, &c.] *Inscriptionem damus hinc capiti: De Demiurgo per Achamoth ex animalibus substantia producto. Atqui recte addit Auctor: quod cum magno horrore blasphemiae & pronuntiandum & legendum est & audiendum. Est enim blasphemiam in Deum nostrum, ex Achamoth partu informis & animalibus substantia productum dicere, qui (vixi ait Auctor initio li. 5. adu. Marc.) sine origine est, aeternus, inuictus, infectus, sicut non semel scribit Irenaeus l. 2. c. 3. ac 9. & etiam impugnat c. 44. 54. ac 55.*

219. trium, &c. liberorum.] *De iure (inquit Rhen.) trium liberorum multa sunt passim in constitutionibus veterum Imperatorum. Petrus Interpres, hoc est, expostor Codicis Theodosiani, qui mutilus existit in cap. de Legitimis hereditibus l. 5. docet matrem habere eius trium liberorum, si in eam tres partus vixit, & libertina quatuor edidit. Hoc principium etiam illi, qui nullos substantiam liberorum,*

interdum principum favore concedebatur. Ius trium liberorum, Suetonio Tranquillo, parum faulx matrimonium experto, tribuit Traianus Caesar, id rursus facere soluit, nec nomen in excelsis quem apud amplissimum Senatui sibi sufficiturum dixerat. Per multum valebat: Ius trium liberorum ad hereditatem adenda. Distinguo autem: Ius animo, vixi ad animale, conuertit, ut tamen ad animale referatur, & conuertit, ab absolute accipitur.

220. prolatis Soteris discipulis.] *Interpres, inquit idem, Irenaei doctrinas vocat: Conuersam, inquit, in formationem eius, qua facta erat de conversione eius animalia substantia, emissit quoque a Salvatore doctrinas. Sensus est: Soter docuit Enalymen, & adiuuit. Nam paulo ante dixit Irenaeus: Virtutem Saluatoris fabricavit.*

221. Deum fingit hunc nostrum.] *Fingit accipi pro: formam, ex eodem Irenaeo patet. Quia addit, sicut etiam Theodoret. & Epiphanius: ex animalibus substantia. Quam blasphemiam idem refutat l. 2. c. 13.*

222. praeter hereticorum, iterum, vixi etiam Rhenan. adnotat, praeter inquit iterum Genitrix, vixi infra eam Ablatione adu. Marc. l. 4. Praeter oneribus confanionum officarium eduxit ex egypto, quem admodum vixi adnotamus Sumit enim praeter praeterquam Cicero ad Q. Fratrem: Atque etiam de Graeco scripturae sunt quaedam familiaritate, praeter hominum perpanctum, sicut sunt veteri Graecia digni. Sic Graeci & xpo vsurpant, cum Nomen istius coniungentes, pro praeterquam sicut vsus. Similes sunt loci eiusdem li. 4. adu. Marc. praeter ex causa adulterii, & supra Tem. Apolog. c. 6. n. 79. praeter vico dungi.

223. & Demiurgum, & regem vniuersorum.] *Sic ex m. 3. Var. cod. Nam non solum Regem, sed & Demiurgum, id est, opificem vniuersorum dicebant. Quod nomen matruarum Valentianus a Demiurgo Platonic.*

224. Ab illo enim omnia, si tamen ab illo, & non ab ipso Achamoth, a qua &c.] *Sic iterum ex m. vatic. & alii. pro eo quod iterum, in ipsa, & quo. adu. Marc. Epiph. & Theodor. omnia. Quia sicut partim Rhen. adnotat, Irenaeus vixi: omnia (nam sic ex Graeco legendum pro: Ea) qua post se sum sunt, cum formae latenter (quod hic dicit: occulto) motum a matre sua. Atqui ignorantiam istam Demiurgi impugnat Irenaeus l. 2. c. 1.*

225. singillatim extrinsecus ducto.] *Ita hanc dicit legendum cum 2. Var. m. cod. aut singulatio, eam tercio Var. m. cod. pro quo quod vixi: singillatim. Ad haec, non extrinsecus per singula ducto. Si legitur singillatim, id derivatum est ab iterum a singillatim dicitur vixi adnotat nostras ad L. B. Cyprianus de Oratore Domitiana, m. 18. Si alterum, eodem significat dicit Plautus in Captiuis: His inditacthenas singulatas.*

226. nomen illi Meropatoris misuerunt.] *Irenaeus (vixi etiam Rhen. adnotat:) Vnde inquit, Metropatorum & Apatorum, & Demiurgum eum & Patrem (sicut in castigandus est ex Graeco, pro Fratrem) vocant Dexteriorum quidem patrem dicentes eum, id est, Psychicorum. Sinisteriorum vero, id est, Hylicorum, Demiurgum, omnium autem Regem. Atqui quum vixi legatur apud Iren. & Epiph. lego: materialium, pro eo quod corruptissime erat: materiam, nam & m. vatic. quum proxime accedunt, & id estiam conijct. Abb. Billius Scholin Irenaeum.*

C A P. XIX.

227. Sed nec nomen proprietatis, &c.] *Capit hoc in scripturis: De imaginibus seu similitudinibus, quas ignorant Demiurgo latenter Soter operatus sit in Achamoth. Peritiam autem istam ad fabulas de Ideis Platonicis, quas pulvere respuunt Iren. l. 2. c. 6. vixi etiam paulo apertius totum hunc locum respuunt quam l. 2. c. 7. dicens inter cetera: Quomodo modo ea que sunt creaturae, sic vixi & nulla & innumerabilia Aeonum xxx. imagines esse possunt & bene profectores sicut.*

228. in honorem Aeonum imagines commentaram.] *Quam & Graecae apud Epiph. & hic apud Tert. & apud Iren. l. 2. sic legatur, omnino etiam Iren. l. 2. c. 1. legendum: imagines pro imaginem. Facit autem ad intellectum, quod posteriori loco Iren. similitudines vocat eorum, qui intra Pleram sunt, Aeonum.*

229. rursus hoc in Sotrem, &c. detorquent.] *Clarior etiam Rhen. adnotat, Irenaeus Magis autem Saluatorem, per ipsam sententiam, dicitur imaginem fecisse, quod alio loco dicitur: conditione per matrem.*

230. vt ipsi quidem, nempe Achamoth, imaginem patris.] *Apertius est istud dicere Achamoth imaginem patris, & mox Nis filium (seu potius imaginem Nis filii, quam sicut apud Iren. lib. 1. c. 1. legitur: in imagine, vbi adeo etiam sic castigandum & Graecum & Latinum eorum apparet, ex eiusdem loco posteriori, vbi dicitur: vixi Demiurgum seu mundi fabricatorem imaginem vngentem vocat, non: in imagine.*

231. inuisibilis & incogniti.] *Quod patet ille seu Propator inuisibilis quidem sed non incognitus, pulvere deducti Iren. lib. 2. c. 13.*

232. incognitam scilicet & inuisibilem Demiurgum.] *Istud dicitur pulvere ac tanquam blasphemiam impugnat ibidem c. 13.*

233. eundem autem Demiurgum Nis filium esse genitorem.] *Nempe Soter. Atqui recte Rhenan. Sensus est, inquit, Demiurgum imaginem Nis filii Propatoris vngentis seu Monogenis esse genitorem, quod ipsum ibidem impugnat Iren.*

234. Archangelus vero, Demiurgi opus, reliquos Aeonas exprimerent.] *Id est, eodem Rhenano interpretante, reliquorum Aeonum essent imagines. Ad contra recte vixi loco mox citato: Quam malis fuit, inquit, & enumerabiles circa factorem angelis, quomodo Plat.*

A sic caelestis locus, hoc est, in medietate, Demiurgum vero in eo qui sit sub caelo locus (nam & Billius vertit ex Graeco in sub caelesti loco) hoc est, in Habdomade: Cōmōratorē vero in eo, qui sit secundum nos, mundo.

260. metatur medietatem] Proprie inquit idem Rhenanus. Metatur est locum deservire demerere, figendi militum tentorij: unde dicitur, Cassia metari. De hoc supra diximus.

261. magis Diabolus.] Subaudi, inquit idem, subest. Nam hunc dicunt Valentiniani in nostro mundo habitare qui caelis subest.

262. ex Sophia vtilissimi casibus.] Intelligit hic, inquit Rhenanus, Sophiam filiam suam secundam, nam hoc illi maternum nomen, quae est Enthyemys et Achamothe dicitur. Possit etiam dici inferior Sophia, sicut mater eius Telai continet Sophia superior. De qua etiam hac sequentia intelligenda sunt: Sophiae multitia, et Sophiae passionem, cap. sequent. de Sophiae fletibus, item, & gramis Sophiae. Quae etiam res adnotat: reciprocandi spiritus spatum, et quae sequuntur, per Appositionem interpretanda, ut pote quibus act circum scribantur.

263. His omnibus elementis atque corporibus: ignis inflabellatus est.] Iren. Ignem vero omnibus his inesse, mortem et corruptelam et ignorantiam omnibus tribus passionibus inab consensum docent. Sic enim distinguendum puto, ut mors et corruptela et ignorantia tribus passionibus inab consensum doceantur, non vero ignis sit mors aut corruptela, aut mors et exitio suo. Adit autem per locum febricitale, tanquam ex calore febricitans ignis inflabellatus sit.

CAP. XXIV.

264. Quum talia de Deo vel de Deis, &c.] In scripturam huius capiti datus: De hominis fabricatione per Demiurgum. Legimus autem iterum Deis, pro Diis.

265. Mollis enim mundum Demiurgus, &c. Legimus enim in 264. Vnde, pro ergo. Irenaeus autem sic habet: Quum fabricasset igitur mundum, inquit, fecit et hominem Choicum, non autem ab hac arida terra, sed ab inuisibili substantia, et ab effusibili et fluida materia accipiente.

266. quam nos vnicam novimus terram, &c.] Irenaeus addit contra errorem Hermogenis, (ut patet lib. praed. c. 5.) de duabus terris, quarum Gen. 1. facta mentio, quo pertinet etiam illud: Materiam illius scilicet Philoponica.

267. siccaurit.] Absoluta, inquit Rhen. pro siccata fuerit.

268. ex pituitis et gramis.] Sant grama, inquit Rhenanus, oculorum vitia, auctore Vesio. Nonius Marcellus gramatum vocabulum, pituitas oculorum accipiente docet, Cactilum adrogans, qui alibi dixerit: Gramolis oculis ipse, atratis dentibus. Graeci γράμμος vocant, et gramofos γράμμωσις.

269. Figurat ita hominem.] Figurationis, inquit idem, vocabulo in alio libro usus est etiam Tertullianus, ut in libro de Resurr. carn. Bene autem, inquit, quod et plures et diuiores quoque doctrinae, totam hominis figurationem Deo nostro cedunt.

270. & de aditu suo animat.] Clarus hoc dicit Auctor quam Irenaeus in hunc insufflavit psychicum.

271. ad imaginem et similitudinem factus, &c.] Similiter Iren. Et hunc esse secundum imaginem et similitudinem factum. Quo modo autem homo quadruplex res, latius seq. capite.

272. ut imago quidem, Choicus de patre, materialis scilicet.] Apertius Iren. Secundum imaginem quidem hylicam esse, proximum quidem, sed non eiusdem substantiae Deo. Vbi Hylicum dicit, quod Auctor Materialem, tum ibi, tum postea saepe, nam Auctori frequentior est vox Choicus, Irenaeus rarior, frequentior Hylicum. Hic est quod Paraphrasis adingit Auctor, non ad verbum, materialis scilicet. Correspondet enim hac vox hylicae, ac choicus terrenum significat.

273. similitudo autem, animalis.] Irenaeus iterum clarius: Secundum similitudinem autem psychicum. Verum de psychico, seu animali homine, latius infra T. 5. lib. de Irenaeo adu. Psychicos, n. 2.

274. & hanc esse pellicam tunicam.] Sic vertit Auctor, quod Graece est δρεκνίνα, et proinde etiam in veteri Interprete legi debet proculdubio: dermatinam, non Adamantinam, aut Adamiticam, aut quod legit Rhen. adamanticam. Vide Adnotat. Euen. ardentij numer. 7. Et quidem, inquit Rhenanus, li. de Resurr. carn. c. 7. sic scribit Tertull. noster: Neque enim, inquit, ut quidam volunt, illae pellicae tunicae, quas Adam et Eva paradysum exiit, induerunt, ipse erunt carnis ex limo reformatio, &c. ubi indubie notat Valentinianus. D. Hieronymus adu. errores Iohannis Hierosolymitani disputans, inter cetera arguit eum, quod tunicas pellicaeas, humana corpora interpretatur, quibus post offensam et electionem de paradiso Adam et Eva induit sunt, quasi ante in paradiso sine carne, neruis et ossibus fuerint. De quo plura infra l. iam citato c. 7. nu. 62.

CAP. XXV.

275. Inerat autem in Achamothe, &c.] Capiti huius hunc titulum datus: De spiritali semine homini infuso, et proinde de hominis quadruplici substantia. Nominatim autem istam opinionem recenset hic verba Auctor infra lib. sequent. de Animate, cap. 11. Nec dicitur, inquit, de isto nisi propter haereticos, qui nescio quod semen spirituale infundunt animae, de Sophiae matris occultaliberare collatum, ignorantia factore, quum scriptura factis magis Dei sui conficia, nihil amplius promulgauerit, quam Deum fan-

tem in faciem hominis flatum vitae (sic dicitur Deum non Sophiam) & hominem factum in animam vitam, per quem exiit dicitur & vivat. Quae pertinet etiam illud eiusdem lib. cap. 1. quid enim spiritale in Adam?

276. peculium quoddam seminis spiritalis.] Hoc est, inquit Rhenanus, quod supra dicitur: Et tamen cum aliquo peculio circumquirit. Quale autem sit semen spiritale, latius indicat Irenaeus in verbis: Partum vero matris spiritum, quem ex angelorum qui sunt circa Saluatorem contemplationem concepit, existens enim in substantia matris, sua spiritalis, et ipsum enim ignorat esse Deum, quem dicitur, et latenter depositum esse in eum, nesciente eo, nisi per eum, nam quae ab eo esset animam seminatum, et immatiale hoc corpus, existens quoque velat in vero in his et amplificationem partum sui ad susceptionem perfecta rationis. Quamquam interim Graecum vocem ἀπέχεσθαι interpretatur Tertullianus, et Billius Irenaeum, quem vult Irenaeus interpretari, rationem.

277. traducem animam suam.] De anima, an per traducem nobis infundatur, latius sequi libro de Anima, et in Prolegomenis inter Peradoxa Tertulliani.

278. Latuit homo spiritalis flatu infertus, &c.] Irenaeus (citante etiam Rhenano) Latuit igitur, inquit, quem admodum dicitur, Demiurgum, conformatus in insufflatione eius et Sophiae, spiritalis hominem narrabilis virtute et prudentia. Atque hoc vltimum est quod Tertull. mox dicit: Accipie indultum, inquit, clandestine procedentiae huius. Quem admodum enim, inquit, matrem suam ignoravit, sic et semen eius. Quod etiam ipsam Ecclesiam esse dicit exemplum (suae speculum, vti Tertull. in superiora Ecclesie).

279. Proinde eum ab Achamothe de patre res, &c.] Tertull. inquit Rhenanus, sententia hic est sensus: Eum, etiam nomen, et spiritalem, ab Achamothe deputant Valentiniani, animalem a Demiurgo, Choicum à substantia aëris, hoc est, ab illa materia Philoponica, in quam haereticus quidam (Hermogenianus nemp, vti patet lib. praed.) principium illud, in quo fecerit Deus calorem et terram, interpretatur, carnem à materia. Quod ipsum sic expressit Irenaeus. Et hunc esse ex semine ipsi (sic enim lego, pro: in eo quod Graece sit, ex signum suo) hominem voluit, ut habeat, sic etiam pro habeat, animam quidem à Demiurgo, corpus à limo, et carnem à Materia, spiritalem vero hominem à matre Achamothe.

280. Habes nouum, id est, quadruplum Geryonem.] Ex hoc, inquit Rhenanus, quadruplici hominis censu, Spiritali, Animali, Choico, et Carnali nouum Geryonem constitunt Valentiniani, non triformem, ut ille fuit, sed quadriformem. Porro Geryonem ipsum non triplicem naturae, ut fabulis prodicitur, fuisse, sed tres, et tres tanta concordia existisse, ut vno animo omnes regi viderentur. Ex Iustino. Vide et Adnotat. nostras supra T. 1. de Pallio c. 1. n. 69.

CAP. XXVI.

281. Sic et exitum singulis diuidunt, &c.] In scripturam hoc capiti datus: De tribus hominum generibus quae erunt sortiantur, sicut De Trinitate hominis, quem admodum loquitur Auctor supra lib. de Prae. scriptis adu. Barret. 7. ubi dicit: Adnot. nostras supra T. 1. n. 69. Facit autem Auctor transiitum à quadruplici censu ad tres hominum generes, eo quod vti etiam adnotat A. hoc Billius, corpus et carnes adnotat. Eodem pertinet illud lib. sequent. de Anima c. 1. Nam nec trifortius, ut ad huc Trinitas Valentiniana credatur, quae nec ipsa Adam recognoscitur, et paulo post, si idem conuertibilem negantur, ut Trinitatem suam in singulis proprietatibus signat. Quibus locus et maxime illis verbis: ut adhuc credatur, ad hunc lib. addit, sicut etiam ibi adnotauimus num. 269. Irenaeus id ipsum sic explicat: Quum sint igitur tria, sic enim lego cum Abb. Billio, pro tres Materialia, quod etiam sinistram vocant, ex necessitate perire dicunt, quippe quum nullam in spiritationem id est, spem, incorruptelae respiciant. Spirituale vero (ita etiam pro spiritalium) seminum esse, et hoc animalis conuinctum formatur, coeudumque ei in conuersionibus. Exponit ut erudit et exerceri, scilicet animalis census possit carnis, scilicet spiritalis, in conuersionibus. Quibus addit quod Tertull. non habet: Et hoc esse dicunt saltem (vtrumque lego cum Abb. Billio, pro solem) et lumen mundi. Haecenus ille. Vnde patet dubitatum euentum hic accipit pro dubio, et comparationem, et praeparationem ac formationem.

282. ut eruditum eo, et exerceri in conuersionibus possit.] Ex praedictis verbis patet legi debere: possit pro potuit, quam admodum legendum etiam Rhenanus censuit. Porro inquit idem, conuersionis vocabulum, hanc indagationem est. In scriptura li. 4. Inde denique inquit, conuersione nutritis, exitum puero periclitat fuit. Loquitur de expositio puero, quem cernat aliter. Dixit autem etiam supra Auctor T. 1. ad Martyras, c. 2. conuersionem fecit et ceteris comparatus.

283. Indignissime enim, Irenaeus, inquit Rhenanus, Opus erat enim animalis sensibus disciplinam.

284. in hoc et paratum mundi propeadam.] Et hic inquit idem, paratum habet, pro creationis sine conditione mundi. Iren. Ob quam causam, inquit, et mundum fabricatum esse dicant.

285. In hoc et Soterem animalem in mundo reprobantur, &c.] Sic prorsus lego ex Iren. addens: animalem. Et saluatorem, inquit, ad hoc venisse animalem, sua potestate esse ut id, saluet. Hinc appellat alia adhuc compositione monitrosolum, ut pote quem Valentiniani non solum ex omnibus Aeternis concinatum supra dixerunt, cap. 12. sed et tres induisse substantiarum conspectantias (sic

TER
ORE

potius, quod malum legere eum Treneo, primitias, quia Grace est: anima spiritalem, animale, & corporalem.

286. quorum summam saluti esset redacturus. Sic etiam alibi, adnotat Rhenanus, loqui solet Tertullianus. utens redigendi verbo.

287. animalium vero, quem mox, &c. Aut Appositio est, inquit idem, aut figura Græca, hoc est: Soter (scilicet animale substantiam, secundum Christum, quem mox induit ad Demurgo. Nam Valentiniani Demurgo quæque suam Christum filium naturalem adsequantur. Treneo clarior: A Demurgo vero indutum psychicum, id est, animale Christum. Addit autem mox Auctor, eo quod mox (cap. nempe seq. de Christo Demurgi animalis tractaturus.

288. administrationis vi, &c. [Grace quoque usque tam apud Theodericum quam Epiph. quam vultus vertit Abb. Billio: dispensationem quare et apud v. Iren. Inter. sic legendum censio: a dispensatione (aut corrupte: dispositione) circumdatum corpus animale habens substantiam paratum vero inenarrabili arte, pro quo auctor: inenarrabili rationis ingenio, pro quo Theodor. arcano quodam modo et ineffabili.

289. quo congressus, & contactus, & defunctus, &c. subiaceret. Hoc sic Treneo: ut et visibile et palpabile et passibile fieret. Igitur defunctus, inquit Rhenanus, hoc est, functionis cultib. quam exeret homo. Defunctus enim iuxta quantum inflexionem, pro defunctio sine functione.

290. Ingratis, Hoc est, inquit idem, non sua sponte, et iniunctis Tertullianus in Eunuchis: Opus scilicet, et defertur usque, ingratius ut dicitur. Ingratis, inquit Donatus, id est, non vultu, quia non clariora grata sunt ingratia, quæ ab invitis sunt ac reculantibus. Hinc ingratia adverbium quibusdam usurpatum. Atqui similiter Auctor supra loquitur, ad. Hermog. ca. 19. ducta fuit suspicio de suis ingratia fultre conatur, ne scilicet non inde infideri videretur, et li. de Anima c. 11. et hic spiritum ingratius pronuntiamus.

291. Materiale autem, &c. [Treneo: Hylion autem nihil omnino suscipit. Non enim Hylion capax.] alitua.

C A P. XXVII.

292. Nunc reddo de Christo, &c. Verba hæc capituli titulum indicant: De Christo Demurgi filio animali. Verum contra hæc blasphemiam late auctor scripsit infra li. de Carne Christi, agens contrarium hæresim.

293. In quem tanta licentia lesum infurunt, &c. Hunc reddidit sensum Rhen. Valentiniani infurunt lesum illum ex omnium Eo- nom defloratione constantem Soterem, in animale Demurgi Christum, Aristum Christum cunctissimum. Et semper spiritale eodem modo in animale insulcunt, quem ad modum patet in sequentibus.

294. Elle enim Demurgo Christum filium suum naturalem, &c. [Legere etiam, quæ ita dicitur pene verbis Iren. Sunt autem, inquit, qui dicant emississe eum, scilicet Demurgum, Christum filium suum, sed Animalem. Et de hoc per Prophetas locum esse.]

295. in Propositionem questionibus positum. Hæc dicit, inquit Rhenanus propter Propositiones: ex. et per. Exponunt enim Christum ex virginitate, id est, per virginem, hoc est enim quod sub- dit.

296. id est, per virginem, non ex virgine a dicitur, &c. Hæc pertinet illud supra li. de Praefer. adu. her. cap. 49. Hunc autem, Christum nempe, in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritalem beneficio quod corpus de celo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transfundente, nihil inde vel accipientem, vel mutantem. Hoc est enim quod hic dicit: transfundentis potius quam generantis mee. Et quod Iren. Esse autem hunc, qui per Mariam transfuditur quasi aqua per tubum. De eadem hæresim etiam infra auct. l. de Car. Christi c. 1. aut poterat, inquit, & carnem & nativitatem confusis, aliter illa interpretari, ut condicibilis & confederator eius, nempe Marcionis, et vultum alit: Licet, inquit, & Valentinio ex privilegio hæretico carnem Christi spiritalem comminifici, &c. ubi late eandem confutat pene ad finem libri usque, quo proinde Lectorem remittimus.

297. Super hunc itaque Christum deuolasse, &c. Soterem per ellipsem columbae. Necessario sic legere oportet, pro: deuolasse lesum, quia præterquam quod prius dixit: in quem tanta licentia infurunt lesum, etiam mox dicitur loquitur de substantiis: Corporali Iulianiana, & illa Soteriana columbina. Conferantur etiam Iren. et Epiph. Et in hunc, inquit, hoc est, in animale Demurgi Christum, in baptisate descendisse illum qui esset in Plevomate ex omnibus Saluatorem in figura columbae.

298. Fuisse autem, & in Christo etiam ex Achamoth, &c. [Treneo: Fuisse autem, inquit, in eo illud quod est ab Achamoth, semen spiritale.]

299. Nam in figuram principalis Tetradis, &c. [Irenaus, Dominum istum nostrum, inquit, ex quatuor his compositionibus fuisse dicitur, seu autem ipsum primogenitum et primam quaternionem: de spiritali, quod erat ab Achamoth, et de animali, quod erat de Demurgo, et de dispensatione, quod erat factum inenarrabili arte, et de saluatore, quod erat illa, quæ descendit in eum columbina. Qui vna cum Epiphano in hoc differt, quod corporalem substantiam de dispensatione (sic iterum lego: pro dispositione) dicitur compositionem, de qua supra cap. præcedent. n. 288. pro eo quod Auctor corporalem Cuius modo dictam est Iulianianam vocat. Certe vel hinc constat, quod Valentiniani quorum hæ opinio referantur, sibi non consistere, utpote quæ prius

dispensationem hanc tam Treneo quam Auctor Soteri adscribat, hic vero de Soteriana substantia distinguit.

300. Et Soter quidem, &c. [Irenaus: Et hunc quidem, inquit, impassibilem perferuisse, non enim possibile erat pati eum, quam sit incomprehensibilis et impassibilis.]

301. Denique quum ad apprehensiones venit, &c. [Irenaus: Et propter hoc, inquit, labatam esse, quum traderetur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi.]

302. Proinde nec matris semen, &c. [Irenaus: Sed ne id quidem, inquit, quod a matre erat semen, passum esse dicitur. Impossibile enim est illud, quippe spiritale et impassibile, etiam ipsi Demurgo quod autem ille et Auctor impassibilis hic, in subditum dicit, quod etiam putat visitatum Rhen. li. præced. adu. Hermogenem, mibi certe nunc non occurrit.]

303. Patitur vero animalis & carnis Christus, &c. [Hanc sententiam, inquit Rhenanus, clare exponit Irenaus, sic scribens: Passus est autem, inquit secundum hoc, animalis Christus, et ille qui ex dispensatione fabricatus in mysterio, ut ostendat per eum mater typum superioris Christi, illius qui extensus est cruci, et formatus Achamoth, formationem secundum substantiam. Omnia enim hæc exempla illorum esse dicitur, hæcenus ille. Atqui hinc etiam alia causa significatur, cur Horum crucem nun cuparint, quod nempe non solum ab Holo Achamoth crucifixus sit, vni supra est cap. 10. sed etiam quod superior Christus, qui ad Achamoth formandam venerat, cruci id est, Holo fuerit iunctus, immo, vni legunt Iren. et Epiph. In crucem exentus, sic illi sunt blasphemias nitentur ex historia vera crucifixi Christi colorare.]

304. Ita omnia in imagines vrgent. [Vide hæc de re supra latius cap. 19.]

C A P. XXVIII.

305. Interes Demurgus omnium adhuc nescius, &c. [Capitulum hoc in scriptis: De anima bus melioribus in Prophetas, & Ceteris ca. seq. in Reges & Sacerdotes ad electos Clarior autem istud lines aliquot interstitio, quæ non habet Auctor, sic explicant Irenaus: Eius vero quæ habuerunt, semen id quod est ab Achamoth, animus melioris dicitur fuisse quam reliquas. Quapropter et plus eas esse dicitur ad Demurgo, non sciente castam, sed a semetipso putante esse tales. Quapropter et in Prophetis, ait, distribuebat et Sacerdotes et Reges, et hinc de hoc semine dicit per Prophetas. Demurgum autem, en ea que hic adtingit Auctor, quippe ignorantem que essent super eum, moteri quidem is quæ dicitur, contempsisse vero ea, aliam atque aliam causam putantem, in spiritu qui propheta (sic enim lego cum Billio et interprete Epiphaniæ ex Græco) habentem et ipsum suam aliquam motionem, sine hominem, sine perplexionem peiorum, et sic ignorantem perferuisse (ita lego, pro: consensisse, cum Billio, quia Græce est: ἔπαρθεν αὐτῷ usque ad aduentum saluatoris.)

306. [diuidunt enim et Propetiale patrocini in Achamoth, in semen, in Demurgum.] Istud, quod Parenthesi ad maiorem loci intellectum inclusimus, idem Iren. verbis tam citatis interpretatur: Demurgus, inquit, diuidunt Propetias, aliquid quidem a matre dictum docentes, aliquid a semine, aliquid autem ab ipso Demurgo.]

307. vbi aduentum Soteris accepit, &c. [Quum venisset autem (inquit Iren.) Saluator, didicisse eum, scilicet Demurgum, ab eo omnia dicitur, et in gaudium ei cessisse cum omni virtute sua, et eum esse illum in Evangelio Centurionem, dicens Saluatori: Et ego enim sub potestate mea habeo milites, et cetuos, et quod iulero, faciunt. Sine autem leges: occurrit enim 1. Par. cod. ms. sine eum reliquis, accurrit, perinde est.]

308. quod succellusus sit in locum matris, &c. [Nempe secundum tabularum canonicum matris, sicuti infra latius cap. 3. Iulianus habet etiam Treneo, sed verborum ordine nonnihil immutato: Perfectionem autem eum, inquit, eam quæ secundum ipsum est, mundi curacionem (sic cum Billio lego, pro: creationem, nam Græce est: ἰσχυρισμός, quod Auctor dispensationem vertit) usque ad id tempus quod oportet, maxime autem propter Ecclesiam diligentiam et curam, et propter agnitionem preparati præmij, quoniam in locum matris transfudit.]

309. Colligam nunc ex disperso, &c. [In scripturam hinc capituli dicitur: De hominum et animalium tribus generibus adinflat tripartite Adæ posteritatis, Cain, Abel, et Seth. Recte autem dicit: Colligam nunc ex disperso, quia alio ordine narrat, et hoc finem huius capituli multa omittit, quæ habet Iren. nempe ea quæ habet de deprauata scripturarum citatione, fortassis, quod lib. de Praeceptis aduersus hæresim, id argumentum late tractasset, quod Lectorem remittimus, et ad Ado. Feu. ardentii in Iren. li. 1. c. 1. n. 35. 36. et 37. Deinde etiam prætermissit Auctor scripturas, quæ pro se citabant Valentiniani, quæ latissime citantur ab Iren. li. 1. cap. 1. et Epiph. her. 31. Legi autem malim: & tamen vitam in Adam, pro: inuitam, quia supra ca. 25. et 26. dispersus verbis indicant auctor, T riformem naturam illam in uno homine primo unitam fuisse, maxime ob id quod sequitur: inde iam diuidunt. Nihil tamen volui immutare, quod Rhenanus sic explicet: inuita, inquit, ab inuitendo, quod Græci dicunt ἰνέδω.]

310. inde iam diuidunt, &c. [Similiter Iren. Hominum autem, inquit, tria genera dicuntur: spiritalem, Psychicum, Choticum, quem admodum fuit Cain, Abel, Seth, ut ostendat et ex his tres naturas iam non secundum omniumque, sed secundum genus.]

C A P. XXIX.



A

311. Choicum saluti degeneratum.] Sicut, inquit Rhenanus, de- generem appellamus eum qui generosus non est, ita degeneratum sa- luti vocat, quod ad salutem non est generatum. Irenaeus enim sic istud reddit: Et choicum quidem [pe] deliberatum.] Deliberatum, inquit Rhenanus, hoc est, aduicatum. Fugit Pompeius auctor est, delibe- rare, à libellâ quâ quid pendendum, dictum. Et supra dixit, vni- versis sphaera aliquid in libro adpendentis, eum de animalis sensu lo- queretur, cap. 2. Animal vero, inquit, quem & dextrum apel- lant, dextrum enim, vt propter matricalem, spiritali- emque autanti, & illac debito, qua plurimum aduenerit. Hinc videtur potest non inepte hoc vocabulum praesenti loco accommodasse. Iren. clarus sic expressit: Animale vero [sic enim lego, pro animale] si me- lora elegerit, in loco mediocriter refrigeraturum. Hinc est, quia hic sa- lus adhuc dubia, quod spiritali calcat Auctor certa saluti praedica- tum.

B

312. Sic & animas ipsas duplici proprietate discernunt.] Simi- litor Irenaeus verbis aliquo interiectis: Et ipsas quidem animas rur- sus subdividentes, dicitur quâdam quidem natura bonas, quasdam autem natura malas: Et bonas quidem has esse, quae capaces seminis sunt, alias vero natura nequam, nunquam capere illud semen. 313. De obuenientia.] Vrsus, inquit Rhenanus, obuenientiam substantiue, eum supra delinquentiam, peccantiam, nocentiam, & proximè propicientiam. Obuenienti verbo solent uti lareconfuliti. Nam proprie obueniunt nobis bona, quae aliunde ad nos deferuntur. Vnde haereticus obuenienti dicitur. Eleganter Seneca: Philosophia ho- mini, inquit, non obuenit, sed eam sibi quaerere debet. Hinc obuenien- tiam apud Virg. pro redditis annis.

C

314. Id ergo granum feminis [spiritalis, &c.] Spiritalia vero in- quit Irenaeus, in semina Achamoth, ex illo tempore vsque nunc, & in- storum animas eruditur quidem hic, & femina nutrita, quia pulilla emittuntur, post deinde perfectione digna habita. &c. Vbi est in istis anima legitur, pro propter quod & animas, conformiter Bil- lio & Epiph. Interpreti quia Grace est, dicitur, pro quo videtur legis- se vult Interpreti dicitur. Atque istud est, quod addit Auctor. 315. Sed eruditio huius, &c.] Eruditio dicitur pro eruditione. Nam gaudet inquit, Rhenanus, non inibus quarta inflexione. Sic infra pro- latione, prolatur vsurpat. Id quod etiam Tacito sollempne est, apud quae legis, accibus, obiectis, distinctis, subiectis, transpositis, prou- isis, missis, lectis, aduicis, & inducitur quere. Vt apud Livium, armata & deuisus esse, & receptum habere. Porro quod hic dicitur Terrull. eruditio huius fides augeret atque prouehitur, conueniat eum illo quod praedi- citur: Spiritalem emittit in animalis comparationem, vt eruditio cum eo, & exercit in conuersionibus possit. Verbum eruditio in lib. de Carne Christi, eleganter vsurpat: Quia per florem, inquit, & ex flore omnis arbor eruditur in fructum.

D

316. Ceu supra diximus.] Sic ex ms. 3. Vat. eod. pro eo quod Rhen. eum praediximus. Indicat autem, inquit idem, eum locum ubi supra dixit, de semine loquens: Ad hoc enim & depoluerat & occultauerat, vt quum Demiurgus animam mox de suo adiatu in Adam communicaret, pariter & semen illud spiritale quasi per canalem animam eruditur in Choicum, atque ita feceraturum in corpore materialis, velut in vtero, & aditum illic, idoneum inuenire- tur percipiendum quodque semoni perfecto. Locus est supra cap. 25.

E

317. animæ quæ hoc ipso ita ceteris praeretur.] Hoc est quod ab Iren. Paulonate num 305 citatum est. Eas quae habuerunt semen id quod est ab Achamoth, optimas meliores esse dicunt quam reliquas. Praeretur autem, id est, anteuerunt, superant & excellent ceteras. Tacitus l. 7. Rhodi, inquit, impigre praeretur. Quapropter & plus eas dilectus à Demiurgo non sciente causam, sed à semetipso putante esse tales.

F

318. Ex earum ergo laterculo.] Est, inquit Rhenanus, Laterculum, libri nomen, in quo digeritur omnium tam militarium quam civilium cognitio continetur. Hic erat penes Primitarium notario- rum. Sane in volumine, quod de descriptionem Imperialium officiorum quum Orientis tum Occidentis cum imaginibus complectitur. Latercu- culi picturam cernere est, sed maior. Vt etiam minus fuisse scias, cuius sit mentio in Codice l. de Officio quæst. li. Totius minoris latercu- li, curam. Sacrum laterculum Iustinianus appellat in libris Authentico- rum, in tractatu: Vt iudices sine quoquo suffragio fiant. Item in tractatu: De Mandatis principum, in principio: & Laterculenles, laterculus praefectus, in l. Comperimus, & in l. fin. C. de proximis sacro- rum & innotum, ceteris qui in sacris serinis militanti, lib. 12. Porro suspicor minus Laterculum dignitates ciuiles continuisse, minus dignitates militares: Id quod colligo ex l. Totius, C. de Offic. quæst. li. i.

G

320. Ideoque nec operationes sibi necessarias, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod sibi operationes necessarias non exi- stiment, sed nobis. Hoc est, inquit Rhenanus, quod & Irenaeus, sed multo ante, tradidit. Quapropter & nobis quidem necessarium esse bo- nam conuersionem respondent, aliter enim impossibile est saluari. Semetipsum autem non per operationem, sed eo quod sunt naturaliter spirituales, saluari omnino dicunt. Quemadmodum enim Choicum impossibile est salutem percipere, nisi eum esse illud capax salutis di- cimus, sic iterum quod spiritale, quod semetipsum esse voluit, impossibile est corruptionem percipere, licet in quibuscumque fuerit facti. Quemadmodum enim aurum in cenno depositum non amittit decorem suum,

H

sed suam naturam custodit, cum cennum nihil nocere auro possit, sic & semetipsum dicitur, licet in quibuscumque materialibus operibus sit, nihil semetipsum noceri, neque amittere spiritalem saluifica- tionem. Quapropter & innotat omnia quae outatur, si quis fuerit ipsorum perfecti, operaturus, de quibus scriptura confirmat, quoniam qui faciunt ea, regnum Dei non hereditabunt. Et enim idololatra indifferenter manducant, nihil inueniunt ab eis partem, & in omnem diem Festum ethnicorum pro voluntate in honore errorum factum, primi conueniunt, ut ne hoc quidem abstineant, quod est apud Deum & apud homines odiosum, muneris homicidialis spectacu- lum. Quidam autem & carnis voluptatibus insatiabiliter inderen- tes, carnalia carnalibus, spiritualia spiritualibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex istis clamant esse mulieres, quae dicunt ab eis detrahant hanc, corrumpunt, quemadmodum multa saepe ab his sa- sa, post conuersa mulieres ad Ecclesiam Dei, cum reliquo errore & hoc confessa sunt. Alij vero, ne manifeste quidem erubeferent, quascumque adamauerint valde has à viris suis abstrahentes, suas nuptas fecerunt. Alij vero valde modestissime, quascumque scripsit fingentes habitare, procedente tempore manifestati sunt, gratia- torore à fratre facti. Et alia multa odiosa & irreuerentia facien- tes. Haec Irenaeus. Cuius loci initium facti contra eos, qui bona opera non necessaria audent adferere, & recte adnotant Fen. arduum nu- num. 48. Pertinet autem hic illud Clementis Ad Alexandrinum l. 2. Strama- tum. Valentini, inquit, quum nobis quidem simplicibus plene addunt Iren. & Terrull. etiam opera tribuerint, sed qui naturam ad- uentat esse eam longe magis à se separant, quum spirituales ab animalis. Quem ipsam errorem, quod natura ipsi salui fuerit, iterum commemorat Clemens lib. 4. & S. Stromatum.

I

321. Martyrii quoque eulentes necessitatem.] Tam amans in- quit Rhenanus, Martyrii fuit Terrullianus, quod omnia usque per- suadere nititur, non fugiendum, sed animo & constanter Chris- tiano sustinendum, vt à pijs hic etiam arto calculo notari morari- propter necessitatem quâ feruentius quam ceteris adhibuit. Hinc ille Martyrii non vno loco commendationes, & fuga in perfec- tione detestatio, cui rei proprium librum dicitur, qui inter alios, quibus hoc volumine sequitur. Corce contra hos scriptis Auctor expressisse, Scorpiacon aduerfus Gnosticos.

K

